



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Lex reservationis

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

gloss. litt. X. quos Doctores non solum de
formidine, sed etiam de dubio æquilibri
loqui, bene probat Palauus *part. 3. tract. 4.*
resolut. 22. & 23. Lex non censetur ir-
ritans, per hoc solum quod dicat non
non possit *part. 10. tr. 12. res. 7.*

LEX RESERVATIONIS.

Legem reservantem casus non se
extendi ad peccata commissa, &
non confessam ante reservationem cen-
suit Pasqualig *in quest. can. 2. con. 2. quest.*
166. n. 1. Quod probatur, ex ipso, à pari-
tate aliarum legum. Lex enim de novo
aliquid disponens non respicit præteri-
ta, sed futura, & idem, qui non habent
causam novam, sed antiquam, non iudi-
candi sunt secundum legem novam, sed
secundum antiquam. Ac proinde *Rota*
decis. 818. num. 2. part. 3. diver. dixit legem
subsequentem non se extendere ad præ-
sentia, quæ sunt connexa cum præteri-
tis. Ergo neque reservatio extenditur
ad absolutionem à solo peccato, quia
quamvis absolutio sit præsens, respicit
peccata præterita, tunc à reservatione
libera. Contraria sententia est com-
munis Doctorum, & conformis præxi
confessoriorum. Tenent eam Floro-
nus, Vgolinus, Naldus, & Bordonus à
me citati. *part. 8. tract. 8. resolut. 70.* Ra-
tio est, quia quamvis reservatio non
impediat peccata iam commissa, quia
iam sunt commissa, poterit deterere ab
eis iterum committendis per correptionem,
& pœnitentiam à superiori impo-
nendam, qui fuit finis intentus à Tri-
dent. *sess. 14. cap. 7.* Neque in omnibus
hæc lex reservationis æquiparatur cæ-
teris: nam quamvis ignoretur peccatum
esse reservatum, dum committitur,
postea notitia habita, subiacet re-
servationi, quoad absolutio.
mem. part. 10. tract. 15.
resolut. 39.

LEX ANNULLANS ACTVM.

Non semper lex prohibens actum,
annulat illum. Probat, quia
prohibitio actus, & annullatio illius sūt
diversi effectus legis non necessariò cō-
nexi. Probat, quia: Ex rei natura,
qui vouit Deo castitatem, prohibetur
marrimouium inire, & tamen si votum
est simplex, marrimouium inire tenet.
Vtcrius, actum irritari est grava-
men, ergo clarè debet appoi. Docto-
res pro hac sententia sunt vsque ad sa-
tietatem. Non facile assignatur regula
ad dignoscendum actum esse irritum,
quando expressè in lege non dicitur.
Vide Vasquez *in 1. 2. D. Thom. tom. 2. dis-
putat. 16. cap. 3.* & Suarez, *lib. 5. de legibus*
cap. 47. Alii hoc cognoscunt ex consue-
tudinibus, & ex communi illius intelligen-
tia ita legem explicante. Ita Præpositus
in part. 2. D. Thom. quest. 95. disputat. 3.
num. 53. Qui etiam docet actum non
irritari, quando lex prohibens appoiit
aliam pœnā, eo quod legislator videat
contentus illa pœna, quin insuper ir-
ritatio addatur *p. 10. tr. 12. res. 6.*

LOCARE.

Locare est, rem alteri sumpto
pretio concedere vtendam. *Quid lo-
care?*
Et, qui dato pretio rem alienam vtē-
dam recipit, dicitur conductor, qui vtē-
dam dat, locator. *Quid con-
ductor? &
locator?* Circa locationem
pauca dicenda sunt. **¶**
2. Et primò, Navarrus *Manual. cap. 17*
numero 195. putavit, non esse licitam lo-
care domum meretrici absque iusta ali-
qua & vrgenti causa: quia hoc est mi-
nistrare materiam ad abusum contra ca-
stetatem. Limitat hoc Mendocza *in 1. 2.*
disputat. 173. sect. 30 §. 394. in casu, quo
domus alteri locari potest: nam vnus-
quisque tenetur vitare actus turpes suæ
domi exercendos, quoties absque in-
com-